

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Inimicitia c
cum fonte primo

Si is qui non relinquit parentes propter nomen Dei non est Deo dignus,
quanto magis qui diligit eius inimicos acceptus Deo esse poterit.

nam si is, qui non relinquit parentes propter dei nomen, non est deo dignus,
quanto magis, qui diligit eius inimicos, acceptus deo esse non poterit?

quos ergo inimicos habet?

si gentiles, quomodo eos prophético credituros spiritu praeuidebat?
denique ut benedicant et ipsi dominum in superioribus adhortatus est.

et quae magna laus super eos intellegere,

qui metalla et saxa uenerando similem rigorem stuporis adtraxerint?

Quos igitur habet inimicos nisi haereticos?

ipsi enim sunt inpugnatores fidei, ueritatis inimici. quos nisi Iudaeos?

ipsi enim grauiores inimici qui ex amicis inimici facti sunt.

Ipsi enim grauiores inimici, qui ex amicis inimici facti sunt.

Ambrosius super Beati immaculati.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Psalmi 118*, 13.5-6 (CSEL 62,
M. Petschenig ed., p.284, ll.13-22).